

tionem de fide/ & spe: quæ in eis est. Hoc aut est propriū sapien-
tis: rationē & causam sui operis reddere: Aliter enī quilibet fa-
tuus posset legem cōdere/ & concludere quicquid vellet: & di-
cere: nihil oportet cōtrariū credere his quæ ab eo posita sunt.

De Saracenorū responsiōe ad p̄dicta: Cap. xvij.

D hęc autem conant̄ respondere quidā superstitio-
si & cōtentiosi saraceni/ dicētes: Non dicimus q̄ euā-
geliū nō sit a deo: cū Alcoranū hoc manifeste teste:

Necq̄ dicimus imp̄fectū esse cū a deo sit: sed tam ardua & p̄fe-
cta cōtinet euangeliū/ ut nō sufficiat mūdus ea p̄ficere. Quis
enim deū ex toto corde/ & p̄ximū sicut seipsum potest dilige-
re? Quis potest p̄sequētibus & calumniātibus orare? Quis
ex toto corde benefacere malefacientibus? Et alia quedam p̄-
fectissima mandat euangeliū. Quoniā igit̄ non erat lex quæ
potuisset seruari: prouidit mūdo deus per legem salutis: &
leuia fecit mandata: & dedit mūdo Alcoranū/ quod minime
continet difficilia hęc: sed facile est ad saluandū homines per
ipsum. Vnde dicunt Alcoranum magis esse cōmune: & valde
sufficere ad salutem mūdo. Et p̄pter hoc vocant Alcoranū
antonōmaticē/ legem salutis. Dicunt igit̄/ q̄ Alcoranū succes-
sit quasi loco euangeliū: & quicquid boni erat in euangelio/ to-
tum est in Alcorano: & q̄ iā non est opus euangelio. Sed hoc

Cōfutatio
ad r̄sionē
saraceno-
rum.

Aliud ar.

manifestū continet mendaciū: Non enim possibile est dicere/
ad tempus datum esse euangeliū: ut puta usq̄ ad Alcoranum
& post hęc Alcoranū ei successisse ad salutē hoīm: cū alcora-
nū manifeste teste: q̄ in euāgelio est deductio & salus. Preter-
rea nō pōt dici q̄ postq̄ dedit euāgelii/ aduertit q̄ mūdus nō
poterit ipsū seruare: & correxit stilū/ & tēperauit p̄ceptū: ut
deus facta nostra putet ab euentu: Sciebat enim deus a princi-
pio: & quid euangeliū continet: & quid homines ferre possūt

Aliud ar.

Preterea & ipsum Alcoranū dicit: q̄ nihil sūt saraceni/ nisi ad
impleant euangeliū & legem Moyfi: ut superius dictum est:

Aliud ar.

Christiani aut̄ solū euangelium adimplere debent. Item quō
posset euangeliū perfectū dici/ si non posset sc̄d̄m vires ab ho-
minibus seruari. Item si perfectū est euangeliū/ & ad salutem
necessaria cōtinet: quid obstat si quedā alta cōsilia continet/ q̄
magne perfectionis existant: hęc tamē nō dicit necessaria esse

Aliud ar.

ad salutē. Itē quantū queq̄ lex magis remissibilis est/ tantū est

O parafra-
simi ho Tur
r